



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs,  
tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Quando dolor exhibendus est. §. 4.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

## §. 4.

*Quando dolor exhibendus  
est..*

4 **P**Ræterea non est necesse quod dolor antecedat Cōfessionem, satis est si antecedat absolutionem.

5 *Q*uoniam vero communiter solet præcedere Confessionem, quanto tempore præcedere potest? Dico, quantum moraliter potest censeri unum actum imperari ab alio, & facere unum moraliter cum illo. Hæc est doctrina Theologorum communis. Sed quoad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus, quo id moraliter censeatur in re nostra? Respondeo, qui mane dolet, & actu non revocato, post tres vel quatuor horas confitetur sine novo doloris actu, non est dubium, quod bene satisfiat. Rursus si quis vesperi ex-

minans

minans conscientiam elicit a-  
ctum doloris proponens sequen-  
ti die confiteri, abundè est. Idem  
puto si non solum præcedenti  
vesperi, sed etiam præcedente  
die id fecerit: actu semper, ut  
dixi, non revocato. Longiorem  
temporis extentionem nondum  
inveni apud Theologos. Si quis  
inveniat, vel longiorem satis es-  
se autumet; hic oto, subscribat.  
Illud ad solamen timoratorum  
tacere non debeo. Si in hoc Sa-  
cramento unum quid moraliter  
faciunt Confessio nunc v.gr. ex-  
hibita, cum satisfactione, quæ  
forte hinc ad plures dies, & ali-  
quando menses exhibetur, imo  
si esset certus Confessor, quod  
Pœnitens, quem ab hinc qua-  
tuor diebus, v. grat. audivit, be-  
nè esset dispositus; illum nunc  
liceret absolvere, & sic illa Con-  
fessio cum præsenti absolutione  
unum moraliter facere posset, &  
merito, quia similis propinquu-  
tas

cas satis superque est ad judicia profana constituenda, ad quorum normam hoc Ecclesiæ judicium à Christo Domino est institutum: si hæc, inquam, ita se habent, cur etiam non poterit dolor ab hinc quatuor, vel quinque diebus animo conceptus, nec revocatus, unum quid mora liter cum præsenti Confessione constituere?

6 Actus autem doloris revocatur vel per actum contrarium, id est, per complacentiam peccati, de quo doluisti, vel per quodlibet aliud novum peccatum mortale. Vide, quæ infra dicam cap. sequenti §. 4.

## §. 5.

*De novo dolore in nova peccatorum  
absolutorum Confessione.*

7 **Q**ui iterum confitetur peccata alias absoluta, indi-